

weil bekommen das er hieweg soll, hat er gebrombt wie ein Bär und sich ein Zeitlang in einer Cammer allein gehalten und all sein thun so eilent als möglich zum abzugt gericht, Er gdt aber für er ziehe ins Königs geschefften und werde in zweien Monaten wiederkommen. Etliche aber mainen es werden zwen lange Monat sein ic.

50.

Wilhelm I. von Dranien an den Grafen Hoorne.

Breda 14. Apr. 1564.

*Ipsæ acis quam ægre tulerim recessum tuum ab aula plures ob causas quas tunc tibi exposui. Jam vero tibi persuade, me tanto magis gaudere, quod intelligam eo te reuersum quo Regiæ M<sup>ti</sup> operam præstes et amicis. Spero enim quod concordia vestra et reconciliationem eorum qui videbantur inter se dissidere, cuius aliqua mihi videntur iam facta fundamenta et Regis utilitas et patriæ salus procurabitur; ad quam rem notissimum est necessariam esse concordiam eorum qui rebus præfuturi sunt, Precorque Deum ut suam sic vobis impartiat gratiam, ut rebus eam opem adferre possitis, quam necessitas postulat. Ego non possum tibi non summas agere gratias, pro eo quod mihi das consilio, cui etiam literis acquiescerem, nisi et ad Egmondanum scripsi, ad cuius literas ne eadem repetam, me remitto, id omnino per decorum et conscientiam mihi non esset integrum, quod tibi mirum videri non debet, cum eadem a mea parte adhuc militent rationes, quas toties tecum contuli. Procul enim absit a me, ut dum tempori inservio et gratiam capto conueniam ad ea quæ obesse patriæ aut conscientiae et animo meo possunt, neque tam parum constans videri vo-*

lo, ut ea quae certo consilio et sententia parentum et amicorum meorum, diu antea decreui, mutem ob non nihil mellis Hispanici, quod summis nobis labris illinitur.

Quod ad filium meum \*) attinet, eum huc reuocaui, quo eum viderem antequam discederem, mirorque res eo redactas, ut iam sine suspitione atque offensione Domini et aliorum pater non posset videre et alloqui filium, et certe cum adeo accomodemus nos clitellis, futurum breui videtur, ut non recusemus frenum et sellam. Quantum ad me attinet, non tam sum validis lateribus, ut eas ferre possim, nec eo animo ut aliis imponam. Malo itaque pati quicquid euenire poterit quam vt de me dici possit, me coactum ab eis quos tantopere damnauimus, eo venire quo ipsi iam olim res deducere voluerunt, et quod ab ipsis recepti sumus in gratiam, Cum certi essent Regem post suum aduentum eis gratiam et honorem omnem relaturum, nosque limis et transversis oculis adspiciendos et pro meritis ab eo excipiendos, exponendosque omnium vocibus, quae vt inter alia cauerem, malui recedere. Aperte tecum ago, quod sciam me abs te haberi inter praecipuos amicos, quod et re ipsa cum volis comprobabo. Quantum ad Comitem Arembergensem, ago ei gratias pro oblatiis officiis, velimque ei vicissim ea praestare, nec opus est ullis literis, cum plenam ei adhibeam fidem. Bredae desitum est concionari antequam Antwerpia. Quare nihil est

---

\*) Philipp Wilhelm, auf der Universität Esmen, welcher später gefangen nach Spanien geführt ward.

quod hic quisquam calumniatur. Quod ad praesidium arcis attinet, idem sentio, nec tam cito dimitti poterit, quam ego dimissum vellem. Datae etc.

## 51.

Beschreibung mehrerer Niederländer von Adel wegen der Sendung des Grafen Egmont nach Spanien.

26. Jan. 1564. (stilo Camerac.)

Nous Antoine de Lalaing Conte de Hoochstraten etc. meü dune tres singuliere affection et indicible obligation a Monseigneur Mons. le Conte d'Egmont pour le voiage quil emprent pour la salvation de notre republique et des tous les subiects fidels de pardeca luy promettons en foy de gentilhomme et chevalier d'honneur, si durant son aller et retour luy adviene quelque notable inconvenient, que nous en prendrons la vengeance sur le Cardinal de Granvelle ou seux, qui en seront participans ou penseront de lestre, et non sur aultre, Et en singne de verite avons aubsingne ceste de notre propre sang. Faict a Cambray le 26. de Janvier 1564.

H. de Brederode. R. de Norecarmes.

P. C. Mansfelt, Anthoine de Lalaing.

Florent de Pallant. J. C. d. Salm.

de Wazluzel.

Ceste Copie ast este prinse a Bruxelles le 2. de Fevrier et estant les signatures escriptes aveque du sang come aussi les lingues mis en la marge aveque une Croix. Et fust serre loriginal aveques de la cire rouge despaigne et cachete du cachet de Mons. de Hostraten pour le mestre entre les mains de Madame la Contesse